Sit in apposita delineatione anomalia lunæ media I D 1 sig. 15 gr. 37 min. Vide cap. 21 sec. cui ea quæ in epicyclo primo ab apogæo (ut antea in explicatione hypotheseos dictum est) æqualis est G K, usque ad centrum epicycli secundi K. sub finem. Eadem anomalia duplicata 3 sig. 1 grad. 14 minut. 42 sec. numeretur à H usque ad E locum lunæ in secundo epicyclo, ducanturque lineæ E D & K E, jam in triangulo plano, dantur duo latera, D K semidiameter epicycli primi 5800, & K E semidiam. epicycli secundi 2900 (qualium radius orbitæ lunæ C D est 100000) una cum angulo comprehenso D K E, qui est anomalia duplicata. prodeunt igitur per demonstrata triangulorum angulus K D E, 26 grad. 18 m. 43 sec. & latus D E 6541. deinde in altero triangulo D C E, datur D E latus modo inventum 6541, & D C radius eccentrici 100000, una cu



angulo



& remanet longitudo coæquata lunæ 2 sig. 27 gr. 25 min. 6 sec. eadem prosthaphæresis auferatur anomaliæ & hæc coæquata evadat 1 sig. 12 gr. 8 min. 5 sec. quæ continetur angulo I C E. deinde à longitudine lunæ coæquata subtrahatur verus locus solis à medio æquinoctio 5 sig. 3 gra. 57 $\frac{1}{2}$ min. & remanet distantia luminarium 9 sig. 23 grad. 27 min. 36 sec. hujus duplum 7 fig. 16 gr. 55 min. 12 sec. mensurat in parvo circulo B F C. motum centri orbitæ lunæ C à tellure B, in consequentia per F C, velut superius id quoque expositum est. Ut autem in eodem circello haberi possit linea C B, ducatur semidiameter A C. quia autem sic in triangulo æqualium crurium A B & A C latera singula dantur 2174 una cum angulo C A B 133 grad. 4 min. 48 sec. qui complementum est duplicitis longitudinis lunæ à sole ad integrum circulum: ergo datur dicta linea B C 3988. & quia angulus F B C dimidiis est F A C per 20 p. 3 element. hic autem excessus est duplicitis distantia luminarium ultra 6 signa, nempe 46 gr. 55 min. 12 sec. est itaque hujus dimidium ut puta 23 gr. 27 min. 36 sec. mensura dicti anguli F B C, cui quoque æqualis est angulus I C R, per cujus subductionem in hoc exemplo anomalia lunæ secundo coæquatur, ut fiat illa 18 gr. 40 mi. 29 sec. quam mensurat angulus R C E. in triangulo itaque ultimo E C B è datis similiiter duobus lateribus C E 102217, B C 3988 cum angulo ab iis comprehenso E C B 161 grad. 19 min. 31 sec. complementum nimirum anomalie lunæ ultimo coæquatae ad semicirculum, invenitur angulus B E C 0 gr. 41 min. 25 sec. quo addito priori prosthaphæresi epicyclicæ conflantur 4 gr. 10 min. 41 sec. ablativa. restat ultimo loco libratio illa lunæ, juxta ea quæ superius demonstrata sunt enodanda: duplex longitudo luminarium est 7 sig. 16 gr. 55 min. 12 sec. proinde sinus rectus excessus ultra semicirculum arcus scilicet E C in adjecto circello est 7304007, qui repræsentatur linea recta D C. ergo ut F A radius 1000000 ad 40 m. 30 sec. maximam prosthaphæresin hujus; sic C D ad variationem in præsentia 29 mi. 35 sec. hæc quum ejusdem denominationis fuerit cum reliqua prosthaphæresi, nempe ablativa, etiam

oflange

etiam eidem additur, & ex prima, secunda, & hac tertia aggregatur prosthaphæresis lunæ ultimo inventa 4 g. 40 m. 16 sec. Qua subducta simplici longitudini lunæ à medio æquinoctio superius collectæ 3 fig. 0 gr. 54 m. 22 sec. remanent 2 fig. 26 gr. 14 mi. 6 sec. Quibus quum acceſſerit æquatio æquinoctii supra posita, nempe 7 min. 13 sec. determinatur heic ad datum tempus vera longitudo lunæ quaſita à vero æquinoctio verno seu principio γ in 26 gra. 21 $\frac{1}{2}$ m. II. Quæ ab observata parum admodū deficit etiam quando respectus ad propriam orbitā lunæ heic habeatur.

Nunc idem exemplum tabulæ prosthaphæresium lunarium expediendum accommodabimus, idque ordine juxta præcepta superius posita.

I.

Afferantur è synopſi mediorum motuum ſupra expoſita, ordine qui requiruntur; manentibus enim cæteris, ſola absolute prosthaphæresis lunæ in hac collatione ſufficiet. hinc enim & uſus tabulæ oſtenditur, & comparationis ejus cum hypothefi convenientia fit evidentior.

II.

	Sig.	Gr.	Mi.	Sec.
Anomaliae lunæ simplici	1	15	37	21
Respondet è tabula prosthaph.	3	29	16	

aueſenda tam longitudini lunæ ab æquinoctio quam anomaliae.

III.

	Sig.	Gr.	Mi.	Sec.
Simplex longitudo lunæ à sole	9	25	12	6
Longitudo simplex ſolis	5	5	42	16
Ergo longitudo simplex lunæ ab æquinoct.	3	0	54	22
Longitudo lunæ ab æquinoct. coæquata	2	27	25	6
Item anomalia lunæ coæquata	1	12	8	5
Elongatio lunæ à centro			102217	

IV.

	Gr.	Mi.	Sec.
Excessus dupl. longit. & à 0 ultra ſemicir.	46	55	12
Hujus dimidium, quod est æquatio ultimæ anomaliae	23	27	36
Ergo anomalia lunæ ultimo æquata	Sig. 0	18	40
Hujus dimidium		9	20
Cujus tangens 1644280, eſt inventum tertium.			15

V.

Elongatio lunæ à centro	102217
Menſura eccentricitatis	3988
Summa	106205

Dimidium quod eſt inventum I. 53102

Differ. minoris lateris & inventi primi quæ eſt inven. II. 49114

Regula.

I.	III.	II.	T.
53102	1644280	49114	1520793
			Gr. Mi. Sec.
			8 38 50
			9 20 15
			0 41 25
			29 35
			Quum

Respondet arcus

Dimidium anomaliae coæquatae

Differentia quæ eſt prosth. altera ablat.

Tertia prosthaph. eſt variatio lunæ

Y

Quum itaque omnes prosthaphæreses lunæ heic fuerint ablativæ, recte in hoc exemplo congregantur in unam summam hoc modo,

	Gr.	Mi.	Sec.
prosthaph.	Epicycl.	3	29 16
	secunda	41	25
	variat.	29	35

Gr. Mi. Sec.

Summa 4 40. 16

Hæc autem prosthaphæresis quia superius plane e resolutione hypotheseos lunæ in triangula proveniebat, patet nullam esse differentiam inter supputationem lunæ loci triangularem, & per tabulam prosthaphæresem, quod quidem in hoc exemplo ostendisse fuit propositum.

Exemplum I I.

Quod adjicitur, ut veritas theoriæ hujus nostræ lunaris cum ipsis phænomenis cœlestibus amplius demonstrari queat.

Vide cap. 3.

Inter observationes, quas ego heic Hafniæ ultimis hisce annis, etiam ad lunam habueram, tam per instrumenta sufficientia, quam animadversiones crebriores ad congressus ejus cum illustrioribus stellis fixis in zodiaco, unde hypothesin antecedentem super observationibus Tychonicis olim stabilitam, rectissime se habere deprehenderim, in exemplum heic producam illustrem conjunctionem superioris cornu lunæ cum Aldeboran apud nos anno Christi 1608, Februarii die 12, h. vespertina 8, m. 43 visibiliter factam, quando luna prope quadraturā, & maximam a medio cursu digressionem exstitit; unde utraque ejus prosthaphæresis optime examinari poterit. Hæc autem conjunctio tribus scrupulis primis temporis serius apud Vitebergenses visa est, nempe h. 8 m. 46, ut postea clarissimus & desideratissimus mathematicus D. Melchior Ioestellerius B. M. ad me perscripsit; unde certe huic observationi seu visibili conjunctioni tempus suū rectissime a nobis tributum esse vel inde liquet, quod differentia meridianorum ex eclipsibus antea præcognita, propemodum heic recurrat. Et quia sol juxta hoc tempus vero suo motu fuit in 3 gr. $\frac{7}{3}$ x, erit æquatio diei naturalis addenda $\frac{7}{3}$ mi. Tempus itaque medium erat h. 8, m. $50\frac{2}{3}$ diei 12 Feb. anni Epochæ saluatoris currentis 1608, vel mundi bisext. 5572: ad quod tempus congruunt hi motus e tabulis antecedentibus,

Sig.	Gr.	Mi.	Sec.
2	17	3	20
6	17	19	17

Vide cap. 4.

Ergo inæqualitas præcessionis æquinoct. 8 9 add.
Vnde vera præcessio æquinoct. 2 17 11 29

Item Aldeboran, vera	Sig.	Gr.	Mi.
Longitudo	ii	4	$16\frac{1}{3}$
Latitudo	m	5	31

Hæc eadem lunæ visa longitudo est, & latitudo superioris cornu.

Cap. 5.

	Sig.	Gr.	Mi.	Sec.
Porro simplex longitudo solis	ii	i	50	42
Prosthaphæresis solis		i	43	58 add.
Simplex lunæ a Sole	2	25	19	38
Anomalia lunæ	8	18	8	20
Ergo prosthaphæresis lunæ epicycla		4	53	43 add.

Elongatio a centro 99768. p.

Du-

Duplex longitudo lunæ a sole vera
Cui respondet mensura Eccentri.

Sig.	Gr.	Mi.	Sec.
5	26	58	46
			4346 p.

Variatio centro lunæ	Sig.	Gr.	Mi.	Sec.	
Anomalia lunæ primo coæquata	8	23	2	3	2 9 add.
Angulus compl. eclipticis longitudinis lunæ a Sole dimicatus, qui est æquatio Anomal. secundæ		1	30	37	add.
Ergo Anomalia lunæ ultimo coæquata	8	24	32	40	
Complementū anomaliæ ad totum circulū bisect.		47	43	40	
Cui tangens, inventum III, respondet		11000525.			

Inventum I.

52057

Inventum II.

47711

Regula.

I.	II.	III.	
52057	—	11000525	— 47711.

T.	
{ 10082140	

Gr.	Mi.	Sec.
-----	-----	------

Respondet arcus

Sig. Gr. Mi. Sec.

45 14 4

Differentia a superiore bisecto, quæ est angulus secundus prosthaphæ.

2 29 36 add.

Vnde in unam summam colliguntur omnes prosthaph.

Lunæ quod adjectivæ sint, & fit aggreg.

7 25 28 add.

Distantia simplicis lunæ ab æquinoct. medio

1 27 10 20

Prosthaphæresis æquinoctii adjectiva.

8 9

Prosthaphæreses lunæ congregatae

7 25 28 add.

Ergo verus locus lunæ

II 4 44 proxime

Quoniam autem visa longitudo lunæ ex loco Aldeboran est in 4 gr. 16 min: $\frac{1}{3}$ II;
apparet parallaxis longitudinis ejus in altitudine quasi 39 gr. quæ circa dictam
synodus deprehendebatur fuisse $27\frac{1}{2}$ min. Et quum ratio habeatur reductionis
lunæ ad Eclipticam, ex qua stellæ locum dimetimur, adhuc addenda sunt longi-
tudini lunæ veræ in orbita propria repertæ 2 min. 38 sec. ut sic parallaxis lon-
gitud. ultra gradus semissim seu 30 min. excrescat. Id autem satis nostræ sup-
positioni convenire infra ostendi poterit, ubi de parallaxibus lunæ agendum erit.
Item, quod visa latitudo centri lunæ fuerit quasi 5 gr. 47 min. A, id quoque
non solum distantiae a terra, sed etiam latitudinis ejus circa quadraturam accre-
mento necessario statuendo congruit.

Atque inter hosce cancellos differentia veræ longitudinis lunæ a media se
ubique continet, quam adhuc per tabulam e frequenti hypothesi deducendam
facilius indagare, in gratiam Astrophilorum omnibus annitemur viribus.

DE ALTERA LVNÆ HYPOTHESI POST-
modum a nobis inventa, quæ æquipollentiam prioris ostendit,
sed in tabulas numerorum resoluta, praxin circa longitudinis
supputationem faciliorem exhibit.

Hactenus lunæ genuinam theoriam ex suis causis produximus, & ad cœlestia
phænomena duobus saltim heic exemplis comprobavimus, licet in pluribus &
quidem sufficientibus observationibus pro omnimoda variatione prius fundatam;
adeo ut nemo dubitare possit, quin si præscriptis vestigiis insistat, longitudinē lu-
næ ad quodvis tempus cœlo in numeris ad amissim repræsentet. Cæterū quoniā


Cap. 2. hujus. querela quorundam aures nostras identidem perculit, de $\Psi\eta\Phi\phi\phi\pi\alpha\varsigma$ seu calculi è superiori tabula prolixa difficultate, etiam ob analysin trianguli unius præceptis ibidem necessario annexam. Eam autem quamvis Astronomi exercitati facili negotio absolvunt, imo qui doctrinam triangulorum perfecte, ut par est, norunt, se vel in integra hypotheseos compendiosa resolutione ultero interdum oblectant; tyrones tamen fortassis, & alii, quibus tabulæ Astronomicæ ad phænomenon indagationem solæ sufficere existimantur, quoniam aliter censuerunt, & nos ex æquo nostris elucubrationibus omnibus infervire, & viam quam novimus maxime compendiariam, prædemonstrare parati sumus: proinde aliam Lunæ hypothesin, sed priori æquipollentem heic dabimus, unde quoque integrum tabulam prosthaphæreō deinceps construximus, ea, qua fieri potest, facilitate, apparentias longitudinis Lunæ expedituram. Hujus autem Syntaxis ab æquipollentiis hypothesium superius in genere ostensis oritur, dum in eadem, Eccentrepicyclo utamur. Astrophilis autem & in fidalri scientia mediocriter versatis heic fieri satis putabimus, si talis secundaria nostra Lunæ hypothesis, præmissorum exemplo, priori accommodata, uno. eodemque negotio inter explicandum, & æquipollentiam, quam dixi, probet, & tabulae sequentis structuram è Geometrico triangulorum fonte commonstret.

Theoria Luna secundaria.

*Vide cap. 2.
hujus.*

In linea recta FM concipientur duo puncta A, & B, positoque B centro teluris circinetur super A centro circellus KLC, ac posito ad exigentia præmissi prioris exempli C centro, ipsa orbita primaria eccentrica lunæ FDM describatur: ducta autem IC parallela FA, perspicuum est in I apogæum medium orbis eccentrici intelligi. rursus, facto in D centro, æquans seu epicyclus HEN adjiciatur, in quo & ipsa luna nunc in E ferri intelligitur. nam revolutionum lege, quando D cum I loco apogæo conjungitur, luna in H infima parte epicycli commoratur. & quia pari mutatione H & E cum I & D fiunt,

idcirco æquales semper supponuntur anguli IDC & HDE; quorum ille dum simplicem anomaliam lunæ ab apogæo I metitur, hic eandem lunæ revolutionis mensuram etiam in consequentia per epicyclum urget, initio à perigæo H sumpto. porro AB eccentricitate media, quoniam centrum orbis lunæ in circello KLC similiter in signorum consequentia moveri intelligitur ad duplē distantiam lunæ à sole, ideo (ut in directis luminarium syzygiis, hoc est coniunctione & oppositione vera) idem centrum orbitæ lunæ proxime B centro terræ in K versatur, in quadraturis vero in L ab eodem



bitæ lunæ proxime B centro terræ in K versatur, in quadraturis vero in L ab

eodem remotissime. ergo ducta linea à B per C in G, erit B' C in præsenti exemplo vera eccentricitas; necnon G verus locus apogæi; & angulus A B C seu arcus I G prosthaphæresis anomaliæ ablativa. quum itaque luna conjunctioni vel oppositioni verae solis configuretur, sufficit ad apparentias ejus prosthaphæresis una è duobus angulis collecta, nempe E K D (cui semper æqualis est E C D) & K E B. atque talis prosthaphæresis complicata ea est, quam prima columnæ tabulæ prosthaphæreion exhibet, ut postea amplius dicetur. cæterum extra prænominatas luminarium syzygias, quoniam eccentricitas B K usque in quadraturas semper augetur, quo usque videlicet K centrum orbis lunæ ad L pervenerit; proinde mutatio quoque inæqualitatis lunæ consequenter major erit, quod quidem augmentum ejus, juxta apogæum & perigæum, mutationi distantiae lunæ à terra, deinde vero sensim circa latera, majoris digressionis angulo tribuendum est; veluti hæc omnia in præsenti hypothesi ad oculum ostendi poterunt; quam ne quidem in minimo a superiori, quod calculi exitum attinet, discrepare, absque illis quæ prolixè heic demonstrare non duco necessarium, soius exitus in proposito exemplo mox docebit. Denique restat anomalia illa exigua penes lunam citra ultraque syzygias cardinales sese ordinario modo insinuans, quæ luna medio itinere in quadraturas constituta adjectiva maxima fiat $40\frac{1}{2}$ m. & totidem ablativa in media à quadratura receptione. Hæc quoniam cum sua causa superius exposita est, igitur eandem tabulæ prosthaphæreion sequenti duntaxat inferendam sufficiet, unde quoque in usum suum deponi poterit.

Atque hæc brevis hypotheseos nostræ secundariæ delineatio fuit, prout etiam omnimodis lunæ phænomenis congruat: nunc eandem exemplo geometrice illustrando examinabimus, postea structuram tabulæ sequentis prosthaphæreion ex eodem fonte cum præceptis atque usu suo tradituri.

Exemplum hypothesi secundariæ lunæ accommodatum.


Anno Christi 1587 die 17 Augusti h. 19, m. 25, p. m. fuit verus locus centri lunæ Vraniburgi instrumentis Tychonicis observatus, ut antea posuimus, in 26 gr. $21\frac{1}{2}$ min. II. & quia ad tempus, ut prius, æquatum media longitudo solis ab æquinoctio medio verno reperta sit 5 fig. 5 gr. 42 min. 16 sec. anomalia autem solis 2 fig. 0 gr. 20 min. 53 sec. & propterea prosthaphæresis hujus ablativa 1 gr. 44 min. 46 sec. porro longitudo lunæ simplex à sole 9 fig. 25 gr. 12 min. 6 sec. cum anomalia 1 fig. 15 gr. 37 min. 21 sec. quæ in præcedente proxima hypotyposi lunari angulum I C D seu arcum I D metitur, nempe distantiam seu remotionem lunæ simplicem ab apogæo medio I in sua orbita: & quia huic angulus H D E ex hypothesi est æqualis, & C D radius orbis lunæ 100000, qualium quoque D E est 2900, quare in triangulo C D E dantur duo latera circa angulum D datum, nempe 45 gr. 37 min. 21 sec. Vnde per ea quæ in doctrina trigonica suo loco præcepimus, angulus E C D primum emergit 1 gr. 12 min. 44 sec. nec non latus C E 97994, qualium C D radius, ut dixi, fuit 100000. Quum vero in conjunctione & oppositione luminarium vera, quando centrum orbis lunæ fuerit in K, per latus K D similiter ostenditur radius orbis lunæ, ut nunc per C D; ideo ob hæc duo latera æqualia, omnia reliqua æqualia erunt, hoc est angulo E C D angulus E K D, & lateri C E latus K E. quare nunc in triangulo K E B ènotis K E 97994, item K B 5800 eccentricitate lunæ minima, quæ luminarium conjunctioni & oppositioni, ut superius expositum est, convenit; ac præterea angulo comprehenso E K B 135 gr. 35 min. 23 sec. (qui est complementum anguli I C E ad semicirculum, id est anomaliæ Lunæ coæquatæ)

subtracto à simplici illa supposita, nempe angulo F K E; ideo in apertum producitur angul. K E B 2 gr. 16 m. 32 f. Itaque hic cum priore invento E K D prosthaph. eclipticam à nobis infra vocitam (quod duntaxat conjunctioni & oppositioni luminarium pro differentia inter medium veramque longitud. lunæ, & ideo quoque eclipsibus convenient) componit 3 gr. 29 m. 16 sec. omnino ut in priori hypothesi lunæ inventa est, huic eidem anomalie lunæ congruens. Porro hac prosthaphæresi lunæ cum solis supra inventa collata, & minore ex majore subducta, siquidem utraque ablativa est, manet residua 1 gr. 44 m. 30 sec. ablativa. hæc igitur à longit. lunæ superius posita quum auferatur, reliqua est vera longit. ecliptica lunæ à sole 9 sig. 23 gr. 27 m. 36 sec. quæ duplata reperitur 7 sig. 16 g. 55 m. 12 f. cuius complementum ad integrum circulum est angulus C A K 133 gr. 4 m. 48 sec. hic vero angulus una cum lateribus comprehensis B A 7974, & A C 2174 (perpetuo in hisce partibus concessis, quibus radius orbis C D est 100000 p. ut supra dict. est) quandoquidē ex revolutione duplicitis distantiæ lunæ à sole semper innotescat; datur quoque in hoc exemplo angulus A B C 9 gr. 31 min. 49 sec. prosthaphæresis anomalie ablativa, siquidem eidem æqualis est

angulus I C G seu arcus I G; unde dicta anomalia ultimo æquata reperitur 34 gr. 53 mi. 43 sec. & latus B C vera eccentricitas 9590 $\frac{1}{2}$. postremo in triangulo E C B datis duobus lateribus E C 97994 item B C 9590 $\frac{1}{2}$, similiter angulo comprehenso E C B 145 gr. 7 min. 12 sec. qui ut appareat complementum est anomaliæ coæquatæ seu anguli G C E ad semicirculum; proinde quoque datur angulus C E B 2 g. 57 m. 57 f. qui angulo ab initio invento E C D 1 g. 12 m. 44 f. additus constituit prosthaphæresin lunæ 4 g. 10 m. 41 sec. ablativam. Cui quoq; variatio lunæ addit (ut superius) 29 m. 36 f. est itaq; integra æquatio lunæ seu differentia veræ long. à media 4 gr. 40 min. 17 sec. subtrahenda. Ut autem media habeatur ab æquinoct. vero, addatur Sig. Gr. Mi. Sec.

simplici lunæ à sole, nempe	9	25	12	6
primo simplex longitudo solis à medio æquinoctio	5	5	42	16
Deinde æquatio æquinoctialis			7	13
Et conflatur media long. lunæ à vero æquinoct. verno 3		1	1	35
Denique prosthaphæresis integra subducatur		4	40	17
Et relinquitur long. lunæ in propria orbita	II	26	21	19
ut è theoria superiore exquisite satis postremo latus B E dist. lunæ à terra, si id requiratur, facile ex <i>sidomeronis</i> ejusdē ultimi triang. E C B in apertū producitur. atq; hinc licet cognoscere, quod mera in hac secundaria nostra lunæ hypothesi æquipollentia cum priori reperiatur, quam etiam aliis multis exemplis verā probavimus. Sequitur nunc tabula prosthaph. integra cum sua explicatione & usu.				

Tabula



Tabula secunda Prosthaphæresium Lunarium.

o. Sig.

Gra. ano.	Subtrah. Prostha. Ecliptic.	Add. M. S.	Subtr. Prostha. Æquan.	Add. M. S.	Subtrah. Excessus	Add. M. S.	Adde Æqua. Anom.	Scru. Prop.	Adde Varia- tio.	Gra. ano.
	G. M. S.	M.S.	G. M. S.	M.S.	G. M. S.	M.S.	G. M.	M. S.	M. S.	
1	0 0 0	5 4	0 0 0	1 48	0 0 0	2 13	0 0 22	0 0	0 0	30
2	0 10 8	5 4	0 3 36	1 48	0 4 26	2 13	0 45	0 1	1 26	28
3	0 15 12	5 4	0 5 23	1 47	0 6 38	2 12	1 7	0 3	2 8	27
4	0 20 16	5 4	0 7 10	1 47	0 8 50	2 12	1 29	0 6	2 50	26
5	0 25 20	5 4	0 8 57	1 47	0 11 1	2 11	1 52	0 9	3 32	25
6	0 30 23	5 3	0 10 44	1 47	0 13 11	2 10	2 14	0 13	4 14	24
7	0 35 26	5 3	0 12 31	1 47	0 15 21	2 10	2 36	0 18	4 56	23
8	0 40 28	5 2	0 14 17	1 46	0 17 31	2 10	2 59	0 24	5 38	22
9	0 45 29	5 1	0 16 3	1 46	0 19 41	2 10	3 21	0 31	6 20	21
10	0 50 30	5 1	0 17 49	1 46	0 21 51	2 10	3 43	0 38	7 2	20
11	0 55 30	5 0	0 19 34	1 45	0 24 2	2 11	4 4	0 46	7 44	19
12	1 0 28	4 58	0 21 19	1 45	0 26 12	2 10	4 25	0 54	8 26	18
13	1 5 25	4 57	0 23 4	1 45	0 28 22	2 10	4 46	1 3	9 7	17
14	1 10 21	4 56	0 24 48	1 44	0 30 32	2 10	5 7	1 13	9 48	16
15	1 15 16	4 55	0 26 32	1 44	0 32 43	2 11	5 28	1 24	10 29	15
16	1 20 10	4 54	0 28 15	1 43	0 34 54	2 11	5 49	1 36	11 10	14
17	1 25 3	4 53	0 29 58	1 43	0 37 6	2 12	6 9	1 49	11 51	13
18	1 29 55	4 52	0 31 40	1 42	0 39 17	2 11	6 29	2 2	12 31	12
19	1 34 44	4 49	0 33 22	1 42	0 41 28	2 11	6 49	2 16	13 11	11
20	1 39 32	4 48	0 35 3	1 41	0 43 39	2 11	7 9	2 30	13 51	10
21	1 44 18	4 46	0 36 44	1 41	0 45 50	2 10	7 28	2 44	14 31	9
22	1 49 3	4 45	0 38 24	1 40	0 48 0	2 10	7 47	2 59	15 10	8
23	1 53 47	4 44	0 40 4	1 40	0 50 10	2 10	8 6	3 14	15 49	7
24	1 58 29	4 42	0 41 43	1 39	0 52 18	2 8	8 24	3 29	16 28	6
25	2 3 8	4 39	0 43 21	1 38	0 54 26	2 8	8 42	3 45	17 7	5
26	2 7 44	4 36	0 44 57	1 36	0 56 34	2 8	9 0	4 2	17 45	4
27	2 12 18	4 34	0 46 32	1 35	0 58 41	2 7	9 18	4 19	18 23	3
28	2 16 50	4 32	0 48 5	1 33	1 0 48	2 6	9 35	4 37	19 1	2
29	2 21 20	4 30	0 49 37	1 32	1 2 54	2 6	9 52	4 55	19 38	1
30	2 25 47	4 27	0 51 8	1 31	1 5 0	10 8	5 14	20 15	0	
	Adde	Sub.	Adde	Sub.	Adde	Sub.	Subt.		Subt.	

ii. Sig.

Tabula secunda prosthaphæresum Lunarium.

1 Sig.

Gra. ano.	Subtrahe Prostha. ecliptica.		Add. Diff.		Subtrahe Prosthap. æquantis.		Add. Diff.		Subtra- he ex- cessus.		Add. Diffe.		Adde æqua. anom.		Scrup. Propo.		Adde Vari- at.			
	G.	M.	S.	M.	S.	G.	M.	S.	G.	M.	S.	G.	M.	S.	G.	M.	S.	G.	M.	
0	2	25	47			○	51	8	I	5	○				10	8	5	14	20	15
1	2	30	12	4	25	○	52	39	I	31	I	7	4	2	4	10	24	5	33	
2	2	34	34	4	22	○	54	9	I	30	I	9	6	2	2	10	39	5	53	
3	2	38	54	4	20	○	55	38	I	29	I	11	5	I	59	10	54	6	14	
4	2	43	11	4	17	○	57	6	I	28	I	13	4	I	59	II	9	6	36	
5	2	47	25	4	14	I	58	33	I	27	I	15	2	I	58	II	23	6	59	
6	2	51	37	4	12	○	59	59	I	26	I	16	59	I	57	II	37	7	23	
7	2	55	46	4	9	I	1	24	I	25	I	18	55	I	56	II	50	7	48	
8	2	59	52	4	6	I	2	48	I	24	I	20	50	I	55	II	3	8	14	
9	3	3	54	4	2	I	4	11	I	23	I	22	45	I	55	12	16	8	41	
10	3	7	53	3	59	I	5	32	I	21	I	24	39	I	54	12	29	9	8	
11	3	11	40	3	56	I	6	52	I	20	I	26	32	I	53	12	42	9	35	
12	3	15	42	3	53	I	8	11	I	19	I	28	24	I	52	12	54	10	1	
13	3	19	31	3	49	I	9	28	I	17	I	30	15	I	51	13	6	10	27	
14	3	23	17	3	46	I	10	44	I	16	I	32	5	I	50	13	17	10	53	
15	3	26	59	3	42	I	11	59	I	15	I	33	54	I	49	13	28	11	19	
16	3	30	38	3	39	I	13	12	I	13	I	35	42	I	48	13	38	11	45	
17	3	34	13	3	35	I	14	24	I	12	I	37	30	I	48	13	47	12	11	
18	3	37	44	3	31	I	15	34	I	10	I	39	16	I	46	13	56	12	38	
19	3	41	12	3	28	I	16	42	I	8	I	41	52	I	46	14	5	13	6	
20	3	44	36	3	24	I	17	48	I	6	I	42	37	I	45	14	13	13	34	
21	3	47	56	3	20	I	18	53	I	5	I	44	30	I	43	14	21	14	3	
22	3	51	12	3	16	I	19	56	I	3	I	46	10	I	40	14	29	14	32	
23	3	54	24	3	12	I	20	58	I	2	I	47	48	I	38	14	36	15	1	
24	3	57	32	3	8	I	21	58	I	0	I	49	25	I	37	14	43	15	30	
25	4	0	36	3	4	I	22	57	○	59	I	51	I	36		14	50	15	59	
26	4	3	35	2	59	I	23	55	○	58	I	52	35	I	34	14	56	16	28	
27	4	6	30	2	55	I	24	52	○	57	I	54	8	I	33	15	2	16	57	
28	4	9	21	2	51	I	25	48	○	56	I	55	40	I	32	15	8	17	26	
29	4	12	8	2	47	I	26	42	○	54	I	57	10	I	30	15	13	17	56	
30	4	14	51	2	43	I	27	35	○	53	I	58	38	I	28	15	18	18	27	
						Adde.	Subt.		Adde.	Subt.	Adde.	Subt.		Subt.		Subt.		Subt.		Subt.

10 Sig.

Tabula

Tabula secunda Prosthaphæresium Lunarium.

2 Sig.

Grad. ano.	Subtr. Prosth. Eclipt. G.M. S.	Ad. M.S.	Subtr. Prosth. æquāt. G.M. S.	Ad. Diff.	Subtr. a. excessus M.S.	Add. Diff.	Adde Æqu. anom. G. M.	Scrup. prop. M. S.	Adde varia- tio. M. S.	Grad. ano.
0	4 14 51	2 38 1 27 35	0 51 1 58 38	1 26	15 18	18 27	35 4	30		
1	4 17 29	2 33 1 28 26	0 49 2 0 4	1 24	15 23	18 57	35 25	29		
2	4 20 2	2 29 1 29 15	0 47 2 1 28	1 22	15 27	19 28	35 45	28		
3	4 22 31	2 24 1 30 2	0 46 2 2 50	1 20	15 30	19 59	36 5	27		
4	4 24 55	2 19 1 30 48	0 43 2 4 10	1 18	15 33	20 30	36 24	26		
5	4 27 14	2 15 1 31 31	0 41 2 5 28	1 17	15 36	21 0	36 42	25		
6	4 29 29	2 10 1 32 12	0 39 2 6 45	1 15	15 39	21 30	37 0	24		
7	4 31 39	2 5 1 32 51	0 37 2 8 0	1 14	15 42	22 0	37 17	23		
8	4 33 44	2 0 1 33 28	0 36 2 9 14	1 13	15 44	22 30	37 33	22		
9	4 35 44	1 55 1 34 4	0 34 2 10 27	1 11	15 46	23 0	37 48	21		
10	4 37 39	1 51 1 34 38	0 33 2 11 38	1 8	15 47	23 31	38 3	20		
11	4 39 30	1 47 1 35 11	0 30 2 12 46	1 6	15 48	24 2	38 17	19		
12	4 41 17	1 42 1 35 41	0 29 2 13 52	1 3	15 49	24 33	38 30	18		
13	4 42 59	1 36 1 36 10	0 27 2 14 55	1 1	15 49	25 4	38 42	17		
14	4 44 35	1 30 1 36 37	0 25 2 15 56	1 0	15 49	25 35	38 55	16		
15	4 46 5	1 25 1 37 2	0 23 2 16 56	0 58	15 49	26 7	39 7	15		
16	4 47 30	1 20 1 37 25	0 20 2 17 54	0 56	15 49	26 39	39 18	14		
17	4 48 50	1 16 1 37 45	0 19 2 18 50	0 54	15 48	27 11	39 28	13		
18	4 50 6	1 10 1 38 4	0 18 2 19 44	0 52	15 47	27 44	39 37	12		
19	4 51 16	1 5 1 38 22	0 16 2 20 36	0 50	15 46	28 17	39 45	11		
20	4 52 21	1 0 1 38 38	0 14 2 21 26	0 49	15 45	28 50	39 53	10		
21	4 53 21	0 55 1 38 52	0 13 2 22 15	0 47	15 43	29 22	40 0	9		
22	4 54 16	0 49 1 39 4	0 12 2 23 2	0 45	15 41	29 54	40 6	8		
23	4 55 5	0 44 1 39 16	0 11 2 23 47	0 42	15 39	30 26	40 12	7		
24	4 55 49	0 39 1 39 27	0 8 2 24 29	0 39	15 36	30 57	40 17	6		
25	4 56 28	0 33 1 39 35	0 3 2 25 8	0 36	15 33	31 28	40 21	5		
26	4 57 1	0 28 1 39 38	0 3 2 25 44	0 34	15 30	31 59	40 25	4		
27	4 57 29	0 22 1 39 41	0 1 2 26 18	0 31	15 27	32 30	40 27	3		
28	4 57 51	0 17 1 39 43	Subtr. 2 26 49	0 29	15 23	33 1	40 28	2		
29	4 58 8	0 12 1 39 42	0 1	2 27 18	0 26 15 19	33 32	40 29	1		
30	4 58 20		0 2	2 27 44	15 15	34 2	40 30	0		
	Adde	Sub.	Adde	Sub.	Adde	Sub.	Subt.		Subt.	

9 Sig.

Tabula secunda prosthaphæresium Lunarium.

3 Sig.

Grad. ano.	Subtrahe Prosthap.		Subtrahe Æquant.		Subtrahe Excessus		Add.		Adde Æqua.		Scru. Prop.		Adde Varia- tio.		Grad. ano.		
	G.	M.	S.	G.	M.	S.	M.	S.	G.	M.	M.	S.	M.	S.			
0	4	58	20	1	39	40	2	27	44	0	25	15	15	34	240	30	
1	4	58	26	0	6	1	39	38	0	2	28	9	0	22	15	11	
2	4	58	27	0	1	1	39	34	0	4	2	28	31	0	20	15	6
3	4	58	22	0	5	1	39	27	0	7	2	28	51	0	17	15	1
4	4	58	14	0	8	1	39	18	0	9	2	29	8	0	14	14	56
5	4	57	59	0	15	1	39	7	0	11	2	29	22	0	13	14	51
6	4	57	37	0	22	1	38	54	0	13	2	29	35	0	9	14	46
7	4	57	10	0	27	1	38	39	0	15	2	29	44	0	6	14	41
8	4	56	38	0	32	1	38	21	0	18	2	29	50	0	4	14	36
9	4	56	10	0	37	1	38	0	0	21	2	29	54	0	3	14	30
10	4	55	18	0	43	1	37	37	0	23	2	29	57	0	3	14	24
11	4	54	30	0	48	1	37	12	0	25	2	30	0	Subtrah.	14	17	39
12	4	53	36	0	54	1	36	46	0	26	2	29	59	0	0	14	10
13	4	52	37	0	59	1	36	20	0	26	2	29	58	0	1	14	3
14	4	51	33	1	4	1	35	52	0	28	2	29	55	0	3	13	56
15	4	50	23	1	10	1	35	24	0	28	2	29	48	0	7	13	49
16	4	49	7	1	16	1	34	54	0	30	2	29	35	0	13	13	42
17	4	47	46	1	21	1	34	23	0	31	2	29	15	0	20	13	35
18	4	46	21	1	25	1	33	5	0	31	2	28	48	0	27	13	27
19	4	44	50	1	31	1	33	20	0	32	2	28	16	0	32	13	19
20	4	43	13	1	37	1	32	44	0	36	2	27	39	0	37	13	11
21	4	41	31	1	42	1	32	6	0	38	2	26	57	0	42	13	3
22	4	39	43	1	48	1	31	28	0	38	2	26	10	0	47	12	55
23	4	37	51	1	52	1	30	48	0	40	2	25	20	0	50	12	47
24	4	35	54	1	57	1	30	5	0	43	2	24	28	0	52	12	38
25	4	33	51	2	3	1	29	20	0	45	2	23	34	0	54	12	29
26	4	31	42	2	9	1	28	34	0	46	2	22	39	0	55	12	20
27	4	29	29	2	13	1	27	47	0	47	2	21	43	0	56	12	11
28	4	27	11	2	18	1	26	48	0	49	2	20	45	0	58	12	2
29	4	24	48	2	23	1	26	6	0	52	2	19	46	0	59	11	53
30	4	22	20	2	28	1	25	12	0	54	2	18	45	1	211	44	4
	Adde			Adde			Adde			Subt.			Subt.				

8 Sig.

Tabu-

Tabula secunda Prosthaphæresium Lunarium.

4 Sig.

Grad. ano.	Subtrah.	Sub.	Subtr.	Sub.	Subtrah.	Subt.	Adde	Scru.	Adde	Grad. ano.
	Prostha.		Prostha.		Excessus		Æqua.	Prop.	Varia-	
	Ecliptic.	Diff.	Æquan.	Diff.	G. M. S.	M.S.	Diff.	Anom.	tio.	M. S.
G. M. S.	M.S.	G. M. S.	M.S.	G. M. S.	M.S.	G. M.	M. S.			
0	4 22 20		1 25 12		2 18 45		11 44	47 39	35 430	
1	4 19 46	2 34	1 24 16	○ 56	2 17 42	I 3	11 35	48 2	34 4329	
2	4 17 7	2 39	1 23 19	○ 57	2 16 38	I 4	11 26	48 25	34 2128	
3	4 14 24	2 43	1 22 21	○ 58	2 15 30	I 8	11 17	48 48	33 5827	
4	4 11 36	2 48	1 21 22	○ 59	2 14 20	I 10	11 7	49 10	33 3526	
5	4 8 43	2 53	1 20 22	I ○	2 13 6	I 14	10 57	49 32	33 1125	
6	4 5 45	2 58	1 19 21	I I	2 11 48	I 18	10 47	49 54	32 4624	
7	4 2 42	3 3	1 18 17	I 3	2 10 26	I 22	10 36	50 15	32 2123	
8	3 59 35	3 7	1 17 12	I 5	2 9 ○	I 26	10 25	50 36	31 5522	
9	3 56 23	3 12	1 16 6	I 6	2 7 32	I 28	10 15	50 56	31 2821	
10	3 53 6	3 17	1 14 58	I 8	2 6 I	I 31	10 5	51 16	31 120	
11	3 49 45	3 21	1 13 48	I 10	2 4 27	I 34	9 55	51 36	30 3419	
12	3 46 20	3 25	1 12 37	I 11	2 2 51	I 36	9 44	51 56	30 618	
13	3 42 50	3 30	1 11 25	I 12	2 1 12	I 39	9 33	52 15	29 3717	
14	3 39 16	3 34	1 10 12	I 13	1 59 30	I 42	9 22	52 34	29 816	
15	3 35 38	3 38	1 8 58	I 14	1 57 45	I 45	9 11	52 53	28 3815	
16	3 31 55	3 43	1 7 44	I 14	1 55 57	I 48	9 ○	53 12	28 814	
17	3 28 8	3 47	1 6 29	I 15	1 54 6	I 51	8 49	53 30	27 3713	
18	3 24 18	3 50	1 5 13	I 16	1 52 11	I 55	8 38	53 48	27 612	
19	3 20 24	3 54	1 3 57	I 16	1 50 13	I 58	8 27	54 5	26 3411	
20	3 16 25	3 58	1 2 40	I 17	1 48 12	2 1	8 16	54 22	26 210	
21	3 12 22	4 3	1 1 21	I 19	1 46 8	2 4	8 5	54 38	25 299	
22	3 8 15	4 7	I ○ ○	I 21	I 44 ○	2 8	7 53	54 54	24 568	
23	3 4 5	4 10	○ 58 38	I 22	I 41 49	2 11	7 42	55 9	24 227	
24	2 59 52	4 13	○ 57 14	I 24	I 39 36	2 13	7 29	55 24	23 486	
25	2 55 35	4 17	○ 55 49	I 25	I 37 21	2 15	7 17	55 39	23 135	
26	2 51 14	4 21	○ 54 24	I 25	I 35 4	2 17	7 5	55 54	22 384	
27	2 46 49	4 25	○ 52 58	I 26	I 32 45	2 19	6 53	56 8	22 33	
28	2 2 21	4 28	○ 51 31	I 27	I 30 24	2 21	6 41	56 22	21 272	
29	2 7 51	4 30	○ 50 3	I 28	I 28 I	2 23	6 29	56 35	20 511	
30	2 3 18	4 33	○ 48 34	I 29	I 25 36	2 25	6 17	56 48	20 150	
	Adde		Adde	Add.	Adde	Add.	Subt.		Subt.	

7 Sig.

Tabula

Tabula secunda prosthaphæresium Lunarium.

5 Sig.

Grad.anom.	Subtr. Prosth. eclipti.	Sub. Diff.	Subtr. Prosth. æquant.	Sub. Diff.	Subtr. excess.	Sub. Diff.	Adde æqu. ano. 1	Scru. Prop.	Adde varia- tio.	Gradus anom. 1
	G. M. S.	M. S.	G. M. S.	M. S.	G. M. S.	M. S.	G. M.	M. S.	M. S.	
0 2 33 18	○ 48 34	1 25 36	6 17	56 48	20 15	30				
1 2 28 41	4 37	○ 47 5	1 23 9	2 27	6 5	57 0	19 38			29
2 2 24 1	4 40	○ 45 35	1 20 40	2 29	5 53	57 12	19 1			28
3 2 19 18	4 43	○ 44 5	1 18 8	2 32	5 41	57 23	18 23			27
4 2 14 33	4 45	○ 42 34	1 15 34	2 34	5 29	57 34	17 45			26
5 2 9 45	4 48	○ 41 3	1 12 57	2 37	5 17	57 45	17 7			25
6 2 4 55	4 50	○ 39 31	1 10 19	2 38	5 5	57 55	16 28			24
7 2 0 2	4 53	○ 37 58	1 7 39	2 40	5 53	58 5	15 49			23
8 1 55 7	4 55	○ 36 24	1 4 56	2 43	4 41	58 14	15 10			22
9 1 50 9	4 58	○ 34 49	1 2 12	2 44	4 28	58 23	14 31			21
10 1 45 8	5 1	○ 33 13	1 36	○ 59 26	2 46	58 32	13 51			20
11 1 40 5	5 3	○ 31 37	1 36	○ 56 38	2 48	4 3	58 40	13 11		19
12 1 35 1	5 4	○ 30 0	1 37	○ 53 48	2 50	3 51	58 48	12 31		18
13 1 29 55	5 6	○ 28 23	1 37	○ 50 56	2 52	3 39	58 56	11 51		17
14 1 24 47	5 8	○ 26 45	1 38	○ 48 3	2 53	3 26	59 4	11 10		16
15 1 19 38	5 9	○ 25 7	1 38	○ 45 9	2 54	3 13	59 11	10 29		15
16 1 14 27	5 11	○ 23 28	1 39	○ 42 14	2 55	3 0	59 18	9 43		14
17 1 9 14	5 13	○ 21 49	1 39	○ 39 17	2 57	2 47	59 25	9 7		13
18 1 3 59	5 15	○ 20 10	1 39	○ 36 19	2 58	2 34	59 31	8 26		12
19 0 58 43	5 16	○ 18 30	1 40	○ 33 21	2 58	2 21	59 36	7 44		11
20 0 53 27	5 16	○ 16 50	1 40	○ 30 22	2 59	2 8	59 40	7 2		10
21 0 48 10	5 17	○ 15 10	1 40	○ 27 23	2 59	1 56	59 44	6 20		9
22 0 42 52	5 18	○ 13 30	1 40	○ 24 23	3 0	1 43	59 47	5 38		8
23 0 37 33	5 19	○ 11 49	1 41	○ 21 23	3 0	1 30	59 50	4 56		7
24 0 32 13	5 20	○ 10 8	1 41	○ 18 21	3 2	1 17	59 53	4 14		6
25 0 26 52	5 21	○ 8 27	1 41	○ 15 19	3 2	1 4	59 55	3 32		5
26 0 21 30	5 22	○ 6 46	1 41	○ 12 16	3 3	0 51	59 57	2 50		4
27 0 16 8	5 22	○ 5 5	1 41	○ 9 13	3 3	0 39	59 58	2 8		3
28 0 10 46	5 22	○ 3 24	1 42	○ 6 9	3 4	0 26	59 59	1 26		2
29 0 5 23	5 23	○ 1 42	1 42	○ 3 5	3 4	0 13	59 59	0 43		1
30 0 0 0	5 23	○ 0 0 0	1 42	○ 0 0 0	3 5	0 60	0 0 0	0 0 0		
	Adde		Adde		Adde		Subt.		Subt.	

6 Sig.

Expo-

Expositio structuræ Tabulæ prosthaphæreos
Lunæ præcedentis.

Prima columnæ areæ proximæ præcedentis tabulæ (nam duæ extremæ non heic numerantur, ut puta gradus commutationis signorum per semicirculum) constat duobus angulis invicem additis, nempe EKD & KEB: & quia conjunctioni atque oppositioni veræ luminarium, seu vero novilunio & plenilunio unicæ hæc in luna prosthaphæresis sufficiet, ac ideo etiam eclipsibus utriusque luminaris communis, idcirco specialiori voce ecliptica a nobis appellata est.

Secunda columnæ tantum prosthaphæresin illam includit quam solus angulus DCE ostendit, ob epicyclum HEN æquantis loco a nobis adjectum, quæ ideo prosthaphæresis æquantis appellatur. Et quamvis talis angulus alteri KEB additus, constituat prosthaphæresin conjunctioni & oppositioni lunæ cum sole, ut dixi, sufficientem; tamen & heic seorsim exponendus erat, quod variata, per æquationem ab angulo ICG &c. anomalia lunæ, heic non nisi simplici illi ID se accommodat. siquidem semper angulus HDE æqualis ex hypothesi est angulo ICD, id est mediæ anomalie lunæ, non autem GCD, aut potius angulo GCE, anomalie ultimo cœquatæ. In suppositione itaque simplicis anomalie ad singulos gradus &c. quando dicta æquantis prosthaphæresis seu angulus heic EKD auferatur a tota prosthaphæresi ecliptica, remanet semper angulus KEB (quod una ex hisce duabus prius exstiterat) cuius rei cognitio sequentibus deservit.

Tertia vero columnæ excessui tribuitur, illi scilicet, qui brevissimæ & longissimæ eccentricitatæ, seu syzygiis luminarium eclipticis, atque quadraturis intercedit, cujus termini sunt K, A, L, ut supra ostendimus: hic quoque ad suppositam anomaliam simplicem è triangulo nobis emersit: aucta enim eccentricitate BK 5800 per KL 4348, diametrum scilicet integrum circelli KL C excessus ille erit, quo angulus LEB angulum KEB semper in quavis lunæ ab apogæo distantia vincit.

Quarta denique columnæ continetur æquatio anomalie, quæ in superiore suppositione angulo ABC indicatur, & ante quadraturas adjectiva est, post vero subductiva, velut id quoque in ipsa hypothesi appareat. Hæc autem ultra gradus solis scrupulis primis contenta est, tam heic ob spatii penuriam, quam omnis fere sensibilis erroris parentiam. Etenim semiæ unius scrupuli primi, qui sic forte in anomalia redundare aut desiderari posset, nusquam fere ultra 3 secundorum deviationem per longitudinem lunæ parit: proinde non ubique *expietas* illam extremam, sed discretam inter calculandum saltim commendandam censemus.

Porro ut laboriosa trianguli resolutione heic Astrophili supersederent (qui certe scopus hujus secundariæ a nobis inventæ theoriarum fuit) scrupulis proportionibus ad quintam columnam alligatis proportionem prænominati excessus in omni lunæ, extra cardinales syzygias, itinere discernendam, ad veterum imitationem adstrinximus, secundum quam quoque facilis horum inventio fuit: juxta contactum enim eccentrici & epicycli, ubi tota prosthaphæresis maxima est, & jam quantum semper in angulo apparentiæ angulus CEB angulum KEB superat, initio a K facto, id quoq; totum excessus appellatione comprehenditur. Quum igitur KL in contactu seu maxima excessus prosthaphæresi reperiatur, 2 gr. 30 min. atque toti excessui integer gradus (seu 60 m.) æquiparari supponatur, datur per regulam proportionis arithmetices via & reliquis quibusvis circa contactum inventis excessibus sua scrupula proportionalia adsignare, & postea reciproce per eandem excessus reliquos in tota phænomeni lunaris revolutione æstimare.

Cæterum hoc veterum quamvis ingeniosissimum inventum, & ad calculum compendiose absolvendum utilissimum videbitur: tamen, ut dicam quod res est, aliquam sæpius discrepantiam ab exactissima triangulorum analysi parit, eoque majorem, quo aut excessus major fuerit, (ut infra in Marte, Venere & Mercurio) aut æquantibus, ut heic in luna, implicatior.

Sextæ denique & ultimæ tabulæ columnæ variatio illa lunæ est, quam superiorius luculenter cum sua causa, & deinceps quoque in exemplo ostendimus. Sequuntur igitur nunc ipsa $\Psi\eta\Phi\circ\Phi\circ\pi\alpha\circ\delta$ lunaris præcepta, & usus deinceps in præmissis aliquot exemplis reiterandis.

Ratio supputandi veram longitudinem lunæ e Tabula
neoterica prosthaphæresium.

I.

Ad datum & æquatum tempus medii motus luminarium per omnia, ut prius, ex competentibus suis tabulis extrahâtur, & ordine exscribantur, nempe simplex solis a medio æquinoctio, anomalia Solis, simplex Lunæ a Sole, & anomalia Lunæ, præmissa (quod ea quoque ultimo loco opus est) æquinoctiorū inæqualitate.

I I.

In fine Arithmetices logisti.

Deinde per anomaliam simplicem utriusque luminaris, prosthaphæreses ipsorum sigillatim extrahantur, solis quidem e propria tabula prosthaphæreos, lunæ autem e prima duntaxat tabulæ hujus columnæ, quam nos eclipticam vocamus, tum quoque per eandem anomaliam e secunda columnâ prosthaphæresis æquantis, seu epicycli, quæ in suum usum servabitur. Semper autem ratio habenda est partis proportionis pro adhærentibus anomaliaæ scrupulis, ut id semel alibi generatim tradidisse, sed heic nunc quoque admonuisse sufficiat.

I I I.

Tertio conferantur inter se prosthaphæreses luminarium cum suis notis: ha si ejusdem denominationis fuerint, ab invicem subtrahantur, minor scilicet a majore: si diversæ, invicem addantur, & postea residua vel aggregata lunæ simplici longitudini a Sole applicabitur, idque juxta notam prosthaphæreos, considerato saltim in residua, ut si illa solis vincentis fuerit, & quidem adjectiva, a simplici Lunæ auferatur, & vice versa. In cæteris enim ut & aggregata, semper sequitur additio & subductio notam prosthaphæreos ipsius lunæ. Hæc coæquata lunæ longitudo a Sole & duplicata ostendit duplîcem illam veram distantiam luminarium ab invicem, quam suppositio lunæ requirit.

I V.

Cum hac dupli distantiâ luminarium in dictam tabulam lunæ fiet ingressus, & ex tribus ejus ultimis columnis, nempe quarta, quinta, & sexta, ordine cum suis notis excerptentur, primo æquatio anomaliae lunæ, secundo scrupula proportionalia; tertio denique variatio centri epicyli, quæ una cum scrupulis proportionalibus servabitur: æquatio autem anomaliae simplici lunæ anomaliae juxta notam additionis vel subductionis accommodabitur, sicque anomalia lunæ coæquata existit.

V.

Porro per anomaliam lunæ coæquatam rursus prosthaphæresis ecliptica e prima tabulæ columnâ, & æquantis e sequenti, atq; inter ipsas differentia extrahetur, quam heic quærimus, e vestigio sese offerentem quidē, modo nulla scrupula anomaliae adhæserint; compendiose alias, quando tantum ad anomaliae signum & gradum oblatum, & primæ atq; secundæ columnæ differentiam, & differentiarum quoque earundem, quæ adpositæ in tabula reperiuntur, differentiam quæsiveris, & sic per relictam differentiam partem proportionalē pro adhærentibus minutis modo usitato venatus fueris, & rite juxta notam suam relicto prosthaphæreos eclipticæ accommodaveris, ut in exemplo patebit. Huic mox æquantis prosthaphæ-

refis prius servata, secundum notam suam, addenda vel subtrahenda est, sed ut plurimum addenda. Deinde eodem modo per eandem coæquatam anomaliam queritur excessus è tertia columna, & mox in scrupula proportionalia prius servata logisticè multiplicatur, parsque proportionalis hinc emergens proximæ prosthaphæresi ex utraque relictæ semper aggregatur.

V I.

